



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Scurræ infames dicuntur, & per consequens vitiosi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

enim parum curat committere venialia (ita quod quum scit aliquid non esse morte, paruit facit incurere) sollicitus non est ad curam animæ suæ vt fructum reddat in tempore suo. Et propterea mirum non est si Angelica deest custodia ad præseruandum illum qui sibiipsum deesse paruipendit.

*Scurra infames dicuntur, & per consequens vitiosi.*

**S**currilitas (qua homo ad risum prouocat inuere-  
Scundè nō habita ratione dignitatis, locorum, tem-  
porum &c.) peccatum est: vtpote honestæ vrbانيتati  
opposita. Sunt autem huic negotio dediti quasi infames  
& vocantur scurræ, ex scurrilitate viuentes. Qui  
verò opus hoc rarò exercent, licet peccet, ab infamiae  
tamen nota excusantur. Et quia scurrilitas non est  
mortalis ex suo genere, considerabis si admixtum ha-  
bet aliquid contra dilectionem Dei aut proximi, ad  
hoc vt discernas si in aliquo casu est mortalis. nam  
ex sola tali admixtione potest effici mortalis.

*Seditiosi vnitatem bonam dissoluentes  
peccato mortali se obligant.*

**S**editio (qua vnitas multitudinis dissoluitur discor-  
danibus contra se inuicem partibus illius multitu-  
dinis) peccatum est mortale: vtpote contra pacem  
multitudinis vnitatis. Vnde seditiosi sunt non solum  
auctores discordiæ, sed etiam sequaces scindentes ci-  
uitatem, regnum exercitum, aut etiam domum. Et  
si vtraque pars hoc malo gaudet (quia neutra ad  
commune bonum, sed proprium tendit) vtrique sedi-  
tiosi sunt. Si verò vna ex parte conatus est ad com-  
mune bonum, & ideo resistunt seditiosis, non in-  
uoluuntur seditionis vitio, sed tuentur laudabili-  
ter commune bonum pugnando contra seditiosos.

*Sicut*